

vidit, Polonus accurrit, vociferans captur suum esse nec posse a quoquam, se invito, vel vendi vel emi; alter vero, nichil illius clamoribus motus, voce ac mente constante^(a) eum repellebat, insanire illum aut somnare qui ita loquatur^(b), non captur sed clucam esse asseverans; ac prorsus ita loquebatur, ita gerebat, ut vel non fur vel minime novus fur credi posset. adhibebat quoque testes quotquot Bohemorum qui huic spectaculo aderant, vel si qui casu inde ferebantur, qui omnes sub iurisiurandi^(c) religione attestabantur clucam illam esse, aliqui ioco^(d), nonnulli dolo suo com-
 10 populari^(e) faventes. quamobrem Polonus, cum nichil instantia^(f) aut clamoribus proficeret, ut qui et solus erat et extraneus, illius plane artibus victus et multitudine testium obrutus tandem abiit et: « O Deus », inquit, « quam cauti sunt isti Bohemi! en hic «captur meo nomen mutavit, ne ipsum possim^(g) agnoscere! ».
 15 Quorsum hec, quando^(h) plerique Latinorum⁽ⁱ⁾ itidem fecerunt? nomen usurarum, quod turpe sonat, in cambii nomen convertunt, ne contractus a iure damnati^(k) per simpliciores quosque possent agnosci, neu ipsi deprehendi^(l) facile valeant, illicita lucra sectantes^(m). itaque sub appellatione cambii eo negotio⁽ⁿ⁾ tanquam licito palam
 20 et absque rubore utuntur; nomine tamen non re mutata. in hoc quoque parum^(o) iusti^(p), campsores nomen, quod damnati fenoris est appellatio, in honesti^(q) operis nomen cambire studuerunt^(r). quod genus lucri ab imperitis fieri forsitan potest^(s); ab iis vero qui, et grece et latine magna parte^(t) professi, morali philosophie
 25 diutius insudarunt, qua non dico venia sed qua patientia ferri valeat non satis intelligo. nam honestissime quidem artes in vilissimum ministerium, philosophiam in philargyriam^(u), oratoriam in nummulariam, ipsasque^(v) grecas litteras, mutato studio, in litteras quas dicunt cambii, per malum cambium converterunt.

Polacco e grida che il «kaptur» è suo; l'altro, senza muoversi: «Costui» dice, «è matto; io «non so che kaptur, quest'è una «kukla». E tanto parlò e fece che non pareva un ladro o non ladro novello. Disse anche ai Boemi d'attorno che testificassero; i quali tutti giuravano quella essere sì una «kukla».

E però il Polacco, vinto ormai e sopraffatto, sen'andò dicendo: «In fe' di «Dio, come son «furbi questi Boemi! Quivi il mio «kaptur ha mutato «nome acciò io «non più lo riconosca!».

Ma non hanno molti Latini fatto altrettanto?

Battezzata con inganno l'illicita usura in «cambio», apertamente la praticano, mutato il nome e non la sostanza; ed i cambiisti, sempre ingiusti, si sono studiati di dar un nome onesto a quel loro mestiere dannato.

Agli ignoranti forse tal forma di lucro si conviene, ma non già a coloro che hanno studiato le lettere e la filosofia.

Costoro hanno cambiato le arti liberali in turpe lucro, e le lettere greche in lettere di cambio, barattando pessimamente.

(a) *R Mur.* constanti (b) *Mur.* insan. eum qui ita loquatur *R* loquebatur (c) *B* iurisiurandi (d) *Bp* aliqui vero (e) *B Bp* cum populari *C Mur.* compopulari (f) *R* cum nihil Polonus instantia (g) *Mur.* possem (h) *Mur.* hec sunt? quando *Codd.* qñ (i) *Bp* latronum (k) *B* damnari (l) *Mur.* deprehendere (m) *Mur.* lucra societatis (n) *Mur.* eo negotii (o) *R om.* parum (p) *Mur.* iuste (q) *Bp* fenoris appellationem inhonesti *Mur.* fen. appellationem sonat, in (r) *R* nomen cambire, cambire *Mur.* nomen immutare studuerunt (s) *Bp* fieri forsitan ferri potest (t) *C R Bp Mur.* om. parte (u) *Codd.* phylargiam *Mur.* philargyriam (v) *Mur.* nummulariam, ipsas quoque